



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.  
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Art. 7. Vtrum species sacramentales franga[n]tur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Secunda est, Redire substantiam panis & vini in termino corruptionis specierum: quod refutat duabus rationibus; quarum secunda est bona, & sufficiens; sed prior est valde difficilis. Nam certum est, diuinā virtute fieri posse, vt tunc substantiā panis, & vini redeat absque vllā conuersione Corporis Christi in illam: quia nihil substantiā panis permansit in Corpore Christi; vnde etiam si Corpus Christi nihil perdat, substantia panis potest restitui. Neque exemplum, quod adfertur à D. Thoma de aëre verso in aquam, qui redire non potest, nisi aqua reuertatur in aërem, ad rem facit: quia hic in termino conuersionis, scilicet in aqua in quam aër conuersus est, manet aëris materia: vnde aër non potest redire, nisi illi sua materia restituatur, ac proinde nisi aqua reuertatur in aërem. In Corpore autem Christi, in quod conuertitur panis, nihil manet panis: vnde, vt panis redeat, non est necesse Corpori Christi quidquam detrahi. Deinde certum est apud omnes Theologos, etiam Diuum Thomam Deum posse eandem numero materiam, vel substantiam reparare. Quare dum hic dicit, *hæc fieri non posse*, explicandus est D. Thomas, non posse fieri ex vi institutionis huius Sacramenti: quia non habent necessariam connexionem cum eā. Vide Caietanum.

Tertia Sententia, quam refutat D. Thomas, est, Materiam panis redire; quam ideò rejicit, quia non est ponendum hic aliquod miraculum, nisi quod ex ipsā cōsecratione necessariò sequitur.

Sententia D. Thomæ.

Vnde tandem ipse concludit, melius dici quòd ipsi quantitati miraculosè detur, vt fit primum subiectum subsequentiū formarum substantia- lium: quod etiam tenent quidam alij Thomistæ, vt Ferrariensis lib. 4. contra gentes cap. 66. Insi- nuat Henricus Quodlibeto 8. qu. 36.

12 Non placet.

Verum hæc sententia videtur omnino impossi- bilis, vt ostendit Scotus dist. 12. qu. 3. Primò, Quia inter quantitatem & formam substantialem non potest esse vnio substantialis constituens sub- stantiam; cum quantitas sit accidens. Secundo, Quia sequeretur vermẽ genitum ex illis specie- bus, non constare vera & substantiali materia, quæ tamen non minus est de ratione substantiæ corporeæ, quàm forma, sed accidente, scilicet quantitate materiæ: & sic esse vermẽ mathe- maticum, non naturalem, nisi ratione formæ: quod sanè esset monstrum inauditum. Idem se- queretur de homine, si longo tempore istis spe- ciebus alatur. Imò sequeretur plurimas res con- stare quantitate, tamquam parte essentiali, vel totas, vel secundum partem; & talium rerum fieri generationes vsque ad finem mundi. Tertio, Sequeretur mundum sensim exhauriri suā primæ- uā materiā, nec vnquam eam restitui.

13 Sententia rector.

Quare dicendum est: Quando alteratio spe- cierum sacramentalium eouque processit, vt ne- cessario substantia panis & vini, si subisset, de- beret desinere, & alia forma substantialis intro- duci; eo ipso momento diuinā virtute substitui materiam, ex qua res gignatur. Ita Guil. Occam in 4. qu. 7. Gabriel lect. 45. in Canonem. Du- randus dist. 12. qu. 7. & Scotus dist. 12. quæst. 6.

Explicatur, quomodo ex specie- bus aliquid generetur.

Quæ sententia sic explicatur. Primò, Fit intro- ductio dispositionum in quantitate hostiæ à cau- sa naturali, v. g. ab igne. Secundo, Posita vltima dispositione, v. g. calore octo graduum in spe-

ciebus, Deus per creationem substituit materiam. Tertio, Quantitatem illam affectam noua dispo- sitione immergit materiæ, vel certè ipsa quanti- tas naturaliter se illi vnit, cum sit illi intimè præ- sens. Quarto, Causa naturalis per dispositionem introductam concurrat naturaliter cum Deo, tan- quam primā causā, ad producendam formam ignis ex eadem materiā. Hæc sententia euitat omnia incommoda aliarum sententiarū; & iuxta illam, mundus non priuatur suā primigeniā ma- teriā: & optimè saluat actionem rerum natura- lium; neque multiplicat miracula sine necessitate: nam institutio huius Sacramenti necessariò hæc omnia postulabat: alioqui industria humana po- tuisset hoc mysterium comprehendere.

ARTICVLVS VII.  
*Verum Species Sacramentales frangantur?*

R Espondetur, Species Sacramentales frangi, & diuidi: Corpus tamen Christi non frangi proprie, nec diuidi; sed totum manere sub singulis partibus. Dicit tamen frangi, per denominationem extrinsecam; quia illud frangitur, sub quo ipsum realiter est præsens per modum continui, & post fractionem per modum discreti.

14 Christus hic proprie non frangitur, nisi per & proprie species.

Notandum est, Patres interdum dicere ipsum Corpus Christi *videri, tangi, dentibus atteri*. Chry- sostomus hom. 83. in Ioannem, *Ipsū vides, ipsum tangis, ipsum comedis*. Homil. 45. in Ioannem. *Non tantum se videri permittit, sed & tangi, & manducari, & dentes carni sue insigi*. Homil. 24. in priorem ad Corinth. *Quod in cruce passum non est, id in oblatione patitur, & propter se frangi sustinet, vt omnes satiet*. Similia habet Cyrillus lib. 12. in Ioannem cap. 58. Sensus autem est Christum in Sacramento non solum videri, tangi, comedi, sicuti in nudo signo; quomodo videntes, aut contrectantes imaginem Christi, dicimur videre & contrectare Christum; & quomodo Iudæi comedentes Agnū paschale manducabant Christum: sed etiam realiter sub illis signis esse præsentem, illisque tegi, & velari, vt per illa, velut per quoddam velum, ipsum reuera videamus, tangamus, comedamus, sicuti substantia per suā accidentiā videtur, & tangitur. Iuxta quem modum Dominus Lucæ 8. v. 46. muliere sumbriam tangente dixit, *Tergit me aliquis*, Et quomodo in Scripturis Angeli dicuntur videri in formā assumptā.

Quo sensu dicitur hic Christus videri, tangi &c.

ARTICVLVS VIII.

*Verum aliquis liquor vino conse- crato possit admisceri?*

R Espondeo, & Dico Primò, Possè alios li- quores speciebus Sacramentalibus misceri; id enim experientia constat.

15 Alij liquo- res non Sanguinis, sed specie- bus miscer- tur.

Dico Secundo, Isti tamen liquores nō miscen- tur proprie ipsi Sanguini. Ratio est; quia ad mix- tionem requiritur interpositio, contactus, & vnio: Sanguis autem Christi non potest per se tangi, aut diuidi ab alio liquore externo, cum sit intra sua vasa in Corpore Domini.

Dico Tertio, Si liquor iste vincatur à specie- bus Sacramentalibus, non vertetur in Corpus Domini.